

sefe mutuo signis contrariis elidunt, atque hinc patet terminum b , qui continet productum ex duobus radicalibus $+ \sqrt{-b} \times - \sqrt{-b}$, esse necessario positivum. Itaque quantitatum imaginariarum frequens usus occurrere potest; ipsa enim impossibilitas non solum per multiplicationem aliquando tollitur, sed etiam summa binarum quantitatum, quæ ex realibus & imaginariis sunt mixtæ, realis esse potest; ita quantitatum

$3 + \sqrt{-}$ & $8 - \sqrt{-1}$, summa est realis, nimirum 11, atque etiam realis est differentia nempe 5. Patet autem æquationes omnes secundi gradus posse repræsentari per hanc formulam $x^2 - px = q$, in qua p , q , designant quantitates quaslibet vel positivas, vel negativas.

Æquationum quadraticarum doctrinam facili exemplo illustrabimus. Itaque hoc sit problema, invenire scilicet in linea duo quæcumque luminaria conjungente punctum tale, ut luminaria illa ex hoc puncto æquali luce fulgeant. Distantia inter duo luminaria dicatur a , sitque illuminationis ratio ut m ad n ; præterea dicatur x distantia minoris luminaris a puncto quæsito, erit distantia luminaris alterius ab eodem puncto $a - x$. Jam ponatur luminarium effectus seu lucis intensitatem esse in ratione reciproca duplicata distantiarum a puncto lucido, ut vulgo statuitur a Phisicis sumptis distantiarum qua-

dratis, erunt intensitates lucis ut $\frac{1}{-}$ &
 $\frac{1}{xx}$
 — Res